

catarrhi, qui stupefactivâ imbuti qualitate sunt, intimius enim admitti- tus fixant & coagulant, undè ægerrimum frigoris sensum ipsamq; mortem inferre solent.

¶ Cum titionis cardo in hoc præcipuè vertitur, ut læsus lymphæ circulus restituatur: quod fit spiritus in ordinatum motum redigendo, lympham vappescentem, aut copiâ & situ peccantem corrigendo & evacuando. Quamquam ergò *Helmontii* effato posteriora saltem meditentur primarum viarum evacuationes, & primitivam labem nocuamq; radicem in ipso glandularum Archeo laceffito insitam non attingant, nihilominus dum cruditates, catarrhorum nutriculas & sæpè causas, ipsosq; stagnantes aut vagantes catarrhos removeant, laudem omninò merentur. Ex emeticis splendet *Æcum Mynsichti*, *Θ*bus imprimis fixis diureticis & sudoriferis mineralibus associatis nobilitatum, quod vi stagnantem viscidam lympham resolvendi, movendi & obferatas excretionum officinas recludendi insigne, in catarrhis à ventriculi præcipuè cruditatibus felicissimam locat operam. hinc in febribus intermittentibus ab hypochondriorum *Æ*is obstructionibus laudatissimum. Inter purgantia laudem merentur mitiora & benigniora, qualia *aloetica*, quæ solitaria sæpè sufficiunt, aut pro durioribus ileis & humorum visciditate *Ξ*io d. *Jalapinis*, *scammoniatis*, *colocynthiacis*, aliisque variè acuari & additis *Ξ*uis, *Θ*e succini, determinari possunt. Maximè autem appropriata & indicatissima sunt *Diuretica* & *Diaphoretica*, quæ peregrinos lymphæ odores dissipandi, viscidam & vappescentem corrigendi, exundantē & copiosam per cribra sua eliminandi virtute splendent; quorum omnium catalogum hic inserere non vacat, sufficit, præcipua quædam allegasse. Eminent cum primis *Θ*ia vol. *CC. eboris*, *succini*, quod præter communes cum diætis vires, subtili suo acido ad naturalem crassam & temperiem lympham redigit, *Θ*ia vol. *Θ*sa balsamica, qualis ~ *Θ**ci *Ξ*ui in concretionem *Θ*is enixi volat. pinguedinosi nuptus, & *Θ*o *anthos*, *anisi*, *succini* nobilitatus: quæ cuncta ad intima sanguinis & glandularum serinia admista, luminosam spirituum inglandulis accensionem promovent & viscidam lymphæ
textu-